



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

IX. Bischof Hubert von Havelberg confecrirt die Kapelle zu Stockhausen Namens des Erzbischofes von Mainz mit Genehmigung des Abtes von Reinhausen, im Jahre 1191.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

feu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis, Conseruatores seu Iudices tam eisdem Rectoribus Ciuitatis et dioecesis predictarum et eorum cuilibet aduersus fratres predictos, quam e conuerso eisdem fratribus aduersus Rectores prefatos et singulos eorumdem efficacis defensionis presidio assistentes ac facientes decretalem predictam quoad omnia ejus Capitula firmiter obseruari, non permittatis contra tenorem ipsius per memoratos fratres dictorum ordinum eisdem Rectoribus uel alicui seu aliquibus eorumdem, nec etiam per dictos Rectores seu aliquem uel aliquos ipsorum eisdem fratribus grauamina aut injurias irrogari, facturi ipsis hincinde de quibuscunque injuriis, molestationibus, grauaminibus et dampnis illatis hactenus et etiam in posterum inferendis eisdem contra tenorem decretalis eiusdem, in illis uidelicet, que iudicalem requirunt indaginem, summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, in aliis uero prout qualitas ipsorum exegerit iusticie complementum, molestatores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles quancumque et quotienscunque expedierit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita competendo —. —. —. Datum Auinion VIII. Id, Januarii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Nach dem im Archive des St. Nicolai Stiftes zu Stendal befindlichen Original.

**IX. Bischof Hubert von Havelberg consecrirt die Kapelle zu Stockhausen Namens des Erzbischofes von Mainz mit Genehmigung des Abtes von Reinhausen, im Jahre 1191.**

In nomine summe et indiuidue trinitatis. Ego Hubertus Dei gratia Havelbergensis Episcopus omnibus in Christo fidelibus. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod nos vice et auctoritate domini Maguntini Archiepiscopi functi, Ludolfi cuiusdam militis in Stockhusen suorumque consanguineorum petitione, capellam inibi ab eisdem dimidio manso dotatam, et aream et cimiterium Reynhufense, Abbate cum suis fratribus et Parochiano annuente, deoque fauente, consecrauimus, eo uidelicet pacto, ut Reynhufensi ecclesie, utpote matri filia, semper obediens, nec baptismum nec sepulturam extra iam dictam matrem frequentans festis legitimis iuxta ritum pristinum ad gremium ipsius concurrat iurique suo hactenus habito satisfaciat. Cuius facti tenorem banno b. Petri suorumque successorum et nostro firmauimus et sigilli nostri impressione roborauimus, quatenus in perpetuum dispereat, quisquis huic facto obviare presumat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XCI<sup>o</sup>. Indictione IX. Huius rei testes sunt Bodo in Gese, Conradus in Reinoldeshusen et frater eius Ghisilbertus, Henricus et Bertoldus frater eius in Gese, Ludolfus et Rudolfus in Stockhusen, huius executionis auctores, Ordemarus in Sne.

Nach einem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen Manuscripte Koberue's, die Familie von Stockhausen betreffend.

**X. Pabst Innocenz III. beauftragt den Bischof von Havelberg und die Pröbste in Havelberg und Jericho, dem Domstifte zu Stendal den friedlichen Besitz der von demselben, besonders durch die beiden Brüder des Markgrafen Albrecht erworbenen Güter zu sichern, im Jahre 1201.**

Innocentius episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri Episcopo et dilectis filiis preposito havelbergensi et preposito de Jericho, havelbergensis dyoecesis, salutem et apostolicam